

Maestros albañiles y escultores en el Medievo mallorquín

GABRIEL LLOMPART

Hace veinte años publiqué en "Analecta Sacra Tarraconensia" (46 (1973) 83-114) una ensalada documental titulada "Miscelánea de arquitectura y plástica sacra mallorquina (siglos XIII-XVI)" en la que recogía noticias sueltas sobre artistas y obras en el campo del arte sacro, con vistas a aumentar los datos que sobre el particular se habían ido reuniendo desde la fundación del "Boletín de la Sociedad Arqueológica Luliana", que ha procurado siempre cosechar materiales para la historia de las Bellas Artes en el archipiélago balear.

Es cierto que no se ha realizado ninguna gran batida de caza en este espacio de tiempo para mejorar el conocimiento de nuestra arquitectura y plástica góticas, aunque sí han hecho su aparición nuevos datos en las Historias locales que han florecido, bien enraizadas en investigaciones de archivo, a partir de la de Lluçmajor con la que B. Font Obrador ha abierto una nueva etapa después de aquella otra que comenzó en el siglo pasado, con las de Sóller y Pollensa de J. Rullán y M. Rotger respectivamente.

En mis búsquedas de archivo de estos decenios he dado casualmente con distintas piezas, insertas en fondos notariales, que pretendo presentar en parte aquí. Y digo "en parte", porque mi idea es reunir aquí y ahora, las notas dispersas referentes a arquitectos y escultores, de carácter puntual y biográfico, mientras que daré en otra sede los documentos específicos sobre obras —materiales y canteras— que, seguramente podrán ayudar a ver la renovación actual de las fachadas y patios góticos de Palma desde un punto de vista mas objetivo y real, como si dijéramos "mas en su propia salsa" o ambiente.

La relación alfabética de arquitectos, albañiles y escultores que bajo el denominador común de "lapiscida" o el mas preciso de "imaginaire" (escultor) aparecen en estos documentos es la siguiente:

Armengol, A: I

Barxa, Huguet: XVIII

Ballester, Bartomeu: VI
 Boscà, Antoni: XII
 Boscà, Mateu: XIII, XVII
 Cervera, Jaume: XV, XVI
 Creix, Amador: XXIII
 Estrader, Pere: IV
 Huguet, Jaume: IX
 Jordi, Miquel: VII
 Llinàs, Francesc: V
 Lomde, Francesc: VI
 Oliver, Guillem: III
 Oliver, Joan: XX, XXI
 Pons, Guillem: XV
 Sagrera, Guillem: XVI.
 Sans, Joan: VIII
 Santa Creu, Guillem: II
 Ses Oliveres, Guillem: VIII
 Tosquella, Llorenç: XIV, XVII
 Vidrier, Guillem: XI

Por otro lado la relación de obras que aparecen mencionadas bien por encargos bien por alusiones se podría elencar de esta manera:

Bodega (*celler*) del Palacio Episcopal (1305): I
 Iglesia parroquial de San Jaime (1326): II
 Puente sobre el torrente de Fornaluig (1344): III
 Claustro del convento de Santo Domingo (1385): X
 Arco de entrada al coro del convento de Santo Domingo (1397): XIII
 Iglesia parroquial de San Jaime (1434): XV
 Coro levantado en la Capilla de San Eloy (Iglesia del Hospital de Sant Andreu) (1494): XXI
 Capilla del claustro viejo de la catedral (1472): XIX
 Iglesia del Hospital General, vulgo actual "La Sang" (1497): XXIII
 Retablo de la parroquia de la villa de Porreres (1453): XVIII

El resto de documentos: una cantera en Cap Enderrocat (1347), un inventario de picapedrería de mediados del siglo XIV (1347: V), 3 contratos de aprendizaje (1348: VI; 1374: VIII; 1502: XXII), 1 acta de procura para un aprendiz de escultor en Barcelona (1395: XI), 2 contratos de trabajo de maestros (1382: IX; 1491: XX) y otros de oficiales en canteras (1347: IV).

Por desgracia Marcel Durliat no puso índices a su obra fundamental para nuestro tema *El arte en el Reino privativo de Mallorca* (2ª edic. en catalán, Mallorca 1989) y tenemos que conformarnos para localizar de momento a los protagonistas de nuestra arquitectura y plástica medieval con el índice-apéndice (V) de Gabriel Alomar, *Guillem Sagrera y la arquitectu-*

ra gótica del siglo XV (Barcelona 1970) p. 275. Pero si se tiene la paciencia de hojear los artículos sobre el tema de Marcel Durliat, Isabel Garau, Jaume Sastre, María Barceló y de mí mismo —pido excusas por los olvidos, que desde luego no serán muchos— se advertirá que disponemos por el momento de una serie de nombres, que su ortografía se ha fijado y que, aunque la "Gran Enciclopedia de Mallorca" todavía ha llegado demasiado pronto para poder insertar un elenco racional y razonable de profesionales, estamos con todo en vísperas de poseerla, sobre todo una vez que Juan Domenge haya fijado la cronología de los maestros de la catedral para el siglo XIV (al menos) y que un espontáneo salga a la plaza y nos provea de un repertorio de los maestros de obras reales de La Almudaina para los siglos XIV y XV.

Está bien claro ahora el procedimiento de trabajo que, en la primera mitad del siglo XIV, utiliza como mano de obra esclavos, como mostró el caso de Pere Mates, en su día, y en estos papeles en que se mencionan de pasada las "cuadrillas de griegos" de Guillem de Santa Creu tanto en albergues particulares como en la construcción de templos (II; 1325). Vemos claro asimismo que el proceso que Durliat atribuía a las iglesias, que fue el de sucesivas edificaciones de las mismas, es aplicable también a las casas particulares de nobles y mercaderes, los cuales contrataban a un maestro por un espacio de tiempo y luego éste debía proceder ayudado por personal ocasional temporero o perteneciente a la dotación de una explotación rural (exclavos propios o "semaneros"). Aquí tenemos el caso de Jaume Huguet que se contrata con el caballero Ramón Burgues (IX: 1382) y el de Joan Oliver que lo hace con el fuerte mercader Melchor Tomás (XX: 1491). Al hacerlo por un espacio de tiempo y no por una obra concreta se nos oscurece y dificulta la cronología de las mansiones góticas de la ciudad y el campo. Por ejemplo, la mansión de los Thomàs, que se hallaba en la calle de San Felio lindando con el Borne, como era de ver todavía en los grabados del *Die Balearen* del archiduque Luis Salvador. Es bien probable que en ella trabajara el maestro Joan Oliver, protagonista del mencionado contrato (XX).

En cuanto a la carrera profesional, transparentada en los contratos de aprendizaje, me parece obvio advertir que necesitará de mucha documentación secundaria y variada para poder ser seguida. Quiero dejar constancia aquí, por su frescura e inmediatez, de una rara pieza que hallé y en la que se ve de primera mano el interés de un padre de familia por situar a un hijo y darle un medio de vida, como pedía Anselm Turmeda, al recomendar que dieran "un arte" a los hijos. Se trata de un tal Bernat Sans o Sancho (pues era de Artà) y que recomienda a su hijo Nadal Sancho, albañil en Palma, que le busque un maestro y le empeñe su nombre y bienes para conseguirle una plaza de aprendiz. La carta paterna se ha conservado, porque sirvió de garantía en el acta notarial que a este efecto se extendió. Era el año 1366:

Carta familiar y poder de Bernat Sans, lapiscida a su hijo Nedal, para que introduzca de aprendiz a un hermano suyo, 15-4-1366.

Ego Natalis Sancii, lapicida, civis Maioricarum, habens de infrascriptis plenum posse et mandatum a Bernardo Sancii, patre meo, perotxie de Menechor, prout de dictis licencia et mandato patet serie cuiusdam litere per dictum patrem meum michi directe cuius tenor talis est:

«Fas vos a sabre En Nedal que yo cobeig molt que En Bernat, ffill meu e germà vostre sia bo e aprenga algun mester o ofici, per tant vos prech carement que vos, per nom meu, metats e afermets lo dit Bernat ab qualsque persones a vos perà mils e faedor, a IIII ayns prop vinents, com yo sens alguna triga o falla compliré e seguiré so que vos ne ferets e que per nom meu los pugau fer cartes aytantes com mester hi seràn que lo dit Bernat esterà ab ells ab quals que aquell metren affermeren e que'n pugats obligar mos bens e axí prech vos, cament, axí com de bon fill se pertany, obeyr preche de pare que li'n doneu bon recapte, axí com se pertany.

Scrite a XIII de fabrer, de part d'En Bernat Sans, pare vostre».

ACM. Prot. Contr. 1366: III. XIV. I. 14

Extraer ahora conclusiones del meollo de los documentos que presento me parece prematuro como no sea llamar la atención sobre la presencia de los imagineros. Sobre éstos ya reuní las primeras noticias existentes en el artículo mencionado de "Analecta Sacra Tarraconensia": Me prefiero a Llorenç Tosquella —dos con este nombre, escalonados en el siglo XIV (XIV-XVII)— a la familia Boscà —Antoni y Mateu, que alcanza hasta mediados del siglo XV— y a Huguet Barxa (XVIII). También quiero llamar la atención sobre el hecho de que varios de los nombres que coleccionamos en estas páginas fueron maestros mayores de la catedral. Pero también aquí mas vale remitirnos a los estudios en curso sobre la misma catedral, cuya cronología seriada va a resultarnos pronto fundamental e imprescindible.

I

El maestro A. Armengol edifica de nueva planta el "celler" episcopal

12 cal febr 1305

A. Ermengaldí, lapicida, promitto et bona fide convenio vobis, venerabili capitulo Sedis Maioricensis, quod in cellario vestro, quod nunc constructui debet de novo, faciam tres arcus de lapide mareso et ipsos III arcus reespatlabo et pedes eorum faciam.

Item, faciam in dicto cellario, scilicet in carraria maiori, unum portale maius, de quocumque lapide vos volueritis, quod portale faciam de IX palmis de latitudine et de XIII palmis de altitudine, et faciam volsores eiusdem de IIII palmis de longitudine.

Item, faciam ibi duas fenestras, supra portale, de lapide mareso.

Item, faciam ibi, de eadem lapide, unum cantonum de altitudine II tapiarum.

Item, faciam ibi, de ipso lapide, unum portale minus, in carraria qua itur ad palatium.

Et haec omnia incipiam in continenti et ea faciam fieri, meis propriis sumptibus, scilicet de manibus meis et aliorum magistrorum et operariorum et *de fusta* ad bastimentum et de omnibus aliis his predictis necessariis, excepta calce et arena, quas vos me daretis.

Item, detis mihi, pro salario sive pretio omnium predictorum, quae ego facere debeo sicut promissi, LXVIII libras regalium Maioricarum minorum, nomine proprio, de quibus mihi solvatis in carnisprivio proximo XX libras et restantes XLVIII libras solvatis mihi prout necesse habuero in dicto opere.

Predictos vero arcus et portalia dimittam vobis desarmata et non teneat facere fundamentum horum predictorum.

Haec autem omnia predicta promitto facere bene et fideliter mihi obligo.

Ad haec, nos, capitulum, predicta laudantes, promittimus tibi, A. Armengaldo, predicta omnia solvere et obligamus.

Testes; Petrus de Orto, presbiter, Guillermus Solerii, Jacobus des Cros.

ACM. Actos Capitulares (1299-1367), f. 124v.

II

El maestro Guillem de Santa Creu trabaja en la parroquia de San Jaime

Nonis martii anno predicto (1326)

Guillelmus de Sancta Cruce, lapicida, civis Maioricarum, per me et meos, gratis et bono amore Dei et intuitu pietatis, ex casu donationis libere et simpliciter inter vivos, dono tibi, Dulcie, nutricate mee filie Guillelme, uxoris Guillelmi Vitalis, et tuis, proprio in auxilium maritandi, XLI libras, IIII solidos et VIII denarios monete Maioricarum quas proceres parrochie Sancti Iacobi et operarii ecclesie ipsius parrochie mihi debent, pro jornalibus persone mee et grecorum meorum quae fecimus in dicta ecclesia, dono insuper tibi eodem titulo etiam VI libras ipsius monete quas Dalmatius Moratoni, notarii Maioricarum mihi debet pro jornalibus persone mee et grecorum meorum quae fecimus in hospicio suo [...]

Testes: Antonius de Oliveriis, Bernardus de Latone et Dalmatius Navarre, Petrus Ferriolli et Berengarius Marchi.

ACM. Bernat de Olives, III. XI, I, 1, s.f.

III

Construcción del puente del torrente de Fornaluig por el maestro Guillem Oliver.

3 non. oct. 1344

Noverint universi quod ego, Guillelmus Oliverii, lapicida Maioriarum, habitador ville Soyller, promitto et bona fide convenio, firma et sollempni stipulatione, vobis, Francisco de Villalonga, Jacobo Boulini, Iacobo Strucii, Bartolomeo Clavelli, Raimundo Pebordre, Bernardo Mironis, Bernardo Boiosa, Arnaldo de Conillo, Iacobo de Fonte et Bartolomeo Boiosa, habitatoribus ville, predicte, vestro nomine et omnium cohabentium vobiscum possessiones et honores ultra torrentem de Fornaluig et aliorum negotium infrascriptum tangentium ac notario infrascripto, stipulanti nomine vestrorum et omnium quorum interest et intererit, tanquam publice persone, quod, ego, meis propriis missionibus et expensis et de meo proprio, faciam, reparabo atque operari faciam unum pontem, bonum et sufficientem, in illo transito sive *passatge* dicti torrentis vocati *de Fornaluig*, de formis et conditionibus infrascriptis:

Primo, dictus pons habebit vel erit de amplitudine, sive *de cove*, de pede ad pedem, triginta qua tuor palmos regales et supra dictum pontem de caminu tamen quantum habet de amplitudine pontem torrentis *da l'Offre* et faciam *les causades* supra dictum pontem usque ad quoddam oleastrum quod est versus possessionem vestri dicti Bartolomei Boiosa et usque ad quoddam oleastrum quod est versus possessionem Antonii de Manso Albo et les *calsades* subtus dictum pontem et in inmibus eiusdem pontis sicut est terminatum et assignatum inter me et vos per cruces, et intelligatur quod murterium sive *mescles* morteris in inmibus aquarum dicti pontis sit medium per medium calcis et arenarum, et totum residuum morterii... ad construendum sit tertia pars calcis et duas partes arenarum. Et dictum pontem promitto et convenio, vobis et dicto nomine infrascripto stipulantibus ut supra, construxisse et fecisse, hinc scilicet ad proxime veniens festum Sancti Bartolomei apostoli, quod, nisi fecero, possitis me ad ipsum perficiendum mea missione compellere; vos vero teneamini dare pro dicto ponte, sic perfecto ut superius continetur, centum quindecim libras monete re.Ma.mi., de quibus solvatis mihi, de presenti, quadraginta libras, et totum residuum, perfecto et completo dicto ponte.

Et sic, pro predictis omnibus complendis et firmiter attendendis, obligo vobis, et dicto nomine ut sic stipulantibus, omnia bona mea ubique presentia et futura.

Ad haec, nos, Franciscus de Villalonga, Jacobus Bouloni, Jacobus Strucii, Bartolomeo Clavelli, Raimundus Pebordre, Bernardus Mironis, Bernardus Boiosa, Arnaldus de Conillo, Petrus Custurerii, Iacobus de Fonte et Bartolomeus Boiosa, prenominati, laudantes et concedentes omnia predicta, promittimus, quisque nostrum in solidum, dare et solvere vobis, dicto Guillermo Oliverii, omnes predictas centum quindecim libras, dictis terminis...

Testes: Bonanatus de Lemoni, Petrus Mosqueroles, Antonius Tortosa et Iacobus Alodii.

ARM. Prot. L-1, f. 52-52 v.

IV

El maestro Pere Strader alquila su cantera de "Cap Enderrocat"

1 cal jan 1347

Petrus Straderii, lapiscida, civis Maioricarum, trado et concedo vobis, Nicola Barbut et Dominico Barbaranni, grecis, lapiscidis, habitatoribus predictae civitatis, quandam plateam petrariae mee, a me vobis assignatam et limitatam, quam habeo in petraria Capitis Diruti, videlicet ad scindendum lapides de galgua, continue, quamdiu ex dicta platea exierint et haberi potuerint lapides suficientes et bonas, vestris tamen missionibus et cum materia et ferramentis vestris.

Quam petrariam, promitto, vos facere tenere pacifice contra cunctos et inde vos non expellere seu expelli facere aliqua ratione sive causa, quod si fecero volo dare per pretium, in pena, XX libras Re.Ma.mi., Maioricarum curie committendas.

Vos, eodem modo, possitis mihi dimittere seu desemparare, sine scitu et voluntate mea, sub eadem pena sex librarum curie, ut predicatur committendas.

Pretium, pro qualibet vero duodena lapidum *de galgua*, dabo vobis et dare promitto, ex pacto inito inter nos, posita et onerata in barcha tres solidos et duos denarios, in numero quorum lapidum intelligatur et sint unum medianum partitum cum uno grosso pro uno lapide, pretium quorum lapidum solvam vobis, et solvere promitto, prout dictos lapides recepero.

Nos, vero, dicti Nicola et Dominicus, recipientes, a vobis dicto Petro Straderii, dictam plateam perpetuo ad scindendum, sub conditionibus predictis, promittimus in dicta platea scindere et talliare continue, quamdiu lapides congruos et suficientes inde haberi et exire potuerint, et inde non recedemus sine vestra voluntati [...]

Et, pro his, obligamus vobis omnia bona nostra [...]

Testes: Gabriel Sentor et Pujada de Bancho.

ACM. Prot. Núm. 14558, f. 42.

V

Inventario de los bienes del picapedrero Francesc Llinàs

3 cal sept 1347

Cum, secundum leges ac legitimas canonum sanctiones, confectio inventarii plurima tribuat heredi beneficia, idcirco, nos, Gabriel Linàs et Benvenguda, fratres, filii Francisci Linàs, lapiscide, qui, pridie, diem suum clausit extremum, condito testamento, in quo nos et Bartolomevam sororem nostram et sibi heredes iusti ac universales, nomine nostro et tanquam fratres et coiuncte persone dicte Bartolemeve qui, infra pupillarem etatem existit, facimus inventarium seu repertorium de bonis omnibus que invenimus ad here ditatem dicti patris nostri pertinentibus, crucis signaculo precedente:

Primo quidem, invenimus quoddam hospitium, quo dictus defunctus habitabat tempore mortis sue, quod est in parrochia Sancte Eulalie, in vico vocato *den Sureda*.

1. Item invenimus duos lectos postium, cum sua marfica.
Item quinque liteamina lini, parvi valoris.
Item duas vanovas, unam mitgenseriam et unam parvi valoris.
Item quoddam coopertorium lecti.
5. Item duo metalafia, unum listatum et unum lividum.
Item quandam concham araminis.
Item quoddam bassinum de lautone.
Item quandam cetram cupri.
Item duas mappas de mensa rotunda.
10. Item quatuor tovayonos de stupa.
Item duos tovaionos novs.
Item quandam tovayolliam.
Item duas coopertas auricularium, que sunt domine Francische quendam, matris nostre, que, fuit uxoris dicti patris nostri secunda.
Item quandam tovalliolum albam, que fuit dicte domine matris nostre.
15. Item duo coopertas auricularium que fuerunt similiter (...)
Item quoddam auriculare modicum.
Item quoddam supertunicale, de panno livido, cum pelle alba cirogri llorum.
Item quandam tunicam lividam, modici valoris.
Item quandam tabardum de burello, de quo adhuc debetur certa

- pecunie quantitatem Francisco Geronessii draperio.
20. Item invenimus quandam tovalliolum listatam parvam.
 Item quandam mensam rotundam.
 Item duas caxias unam de noguerio et aliam veterem.
 Item quoddam archibancum duarum caxiarum.
 Item tres banchos.
25. Item quoddam armarium veterem.
 Item quoddam trocium fustis cum quator pedibus.
 Item quandam ense.
 Item quoddam armarium modicum.
 Item quandam candeleriam ferratam.
30. Item quiddam *lavacap* de ferro.
 Item quoddam marfanum fustis.
 Item decem *teants* de ferro.
 Item duos *capmartells* ferri.
 Item quinque *scayres*, inter magnos et parvos.
35. Item tres *scayres de fust* et unum de ferro.
 Item viginti sex *formadors*.
 Item octo *scarpres*.
 Item quandam securim ferri.
 Item unam palmam.
40. Item duos
 Item *duos masses* de ferro.
 Item unum martellum modicum.
 Item unum *càvech* sine manubrio.
 Item unam canam canandi fustis.
45. Item duos *parpals* de ferro.
 Item duas *serras* parvas.
 Item duas *scodas*.
 Item duos *teants*, de ferro.
 Item unum calastonum de ferro.
50. Item novem *motlos* fustis.
 Item quandam calderiam araminis.
 Item quandam aliam modicam.
 Item quandam paellam cum sua giratoria.
 Item sex *paropsides* de terra.
55. Item duos *alcorsins*.
 Item duos morterios lapidis.

VI

Contrato de aprendizaje de picapedrería de Bartomeu Ballester

nonis aug 1348

Bartolomeus, filius Guillermi Ballistarii, lapiscide quondam, maior, ut assero, XV annis, de assensu Bartolomei Bruni avunculi mei, affirmo me, vobiscum, Francisco dictus Lomde, lapiscida, hinc videlicet ad tres annos proximos, causa addiscendi operandum de officio vestro, faciendo omnia mandata vestra licita, iuxta posse, promittens quod non recedam a servicio vestro infra dictum tempus, nec dampnum aliquod vobis inferam, quod si fecero possitis vi compellere ad complendum sermentum antecedentem et insuper possitis me perquirere et capere et captum in vestrum posse tornare, sine licentia alicuius persone.

Vos, vero, provideatis me, in cibo et potu et in vestitu, videlicet, quolibet anno, de una tunica, de panno lane X solidorum pro canna, et, de duobus in duobus annis, de cota, de XII solidorum pro canna, et de duabus camisiis et duabus bracchis quolibet anno.

Et sic, sub conditionibus predictis, promitto predicta vobis attendere et complere, sub obligatione omnium bonorum meorum. Et sic me Deus adiuvet et eius sancta Dei IIII evangelia, a me sponte tacta, predicta irrevocabiliter observare.

Ego, vero, dictus Franciscus, laudans, predicta obligo, etc.

Testes: Guillermus Feliu, Franciscus Col et Eligius Mathei.

ACM. Prot. Núm. 14558, f. 98.

VII

Contrata de dos puentes en el camino de Sóller cedida al maestro Miquel Jordi

1361-62

Aquestes son les avinensas fetes entre los jurats de Sóller e en Miquel Jordi, picapedres, habitant en la Ciutat de Mallorques, que los dits jurats donen a esquar un ponterró, feedor en lo camí reyral qui va de Sóller a la Ciutat, en la alqueria del honrat en Jordi de Mora, donzell, en lo loch per los dits jurats ordonador del camí, en la manera saguent:

Primerament, que lo dit mestra hage a construir lo dit ponterró, per la sua amplària, de bones pedres de Refalbeyt e sia de setza palms e mig cane de Mallorques, ensemps ab les vores del dit ponterró, las quals vores del dit ponterró, sien de una pedra de marès entegra e los sperons devall lo dit ponterró se hagen a fer de pedres roges ab bona argamassa. E la

grossitut de cascun dels dits sperons sia de tres palms e de longuesa, a cascuna part, de una cana, ab bona argamasa.

E hage a construir e fer, ultra lo pont, a cascuna part, paret de pedra roge ab bona argamassa (duas parts de cals e la tercia part de arena) la cual paret sia de grossitut de tres palms de cane e de longitut de duas canes de Mallorques. E lo empadrament se hage a fer a cascuna part del pont segons serà necessari en lo pont ab argamassa.

Item, li donaren a squar, los dits jurats, l'altre pont, maior, construidor en la dita alqueria, en lo torrent major, en lo loch ordenador.

E lo dit pont se construirà de amplària de divuit palms ab las vores de cana d'ampla.

Item, lo mestra deu metra duas pedres entegres de marès, una demunt altre, per fer las vores del pont.

Item, se han a fer dos empadraments ab bona argamassa (que sia feta de dua mesures de cals e una de arena) e assò sobra la volta del dit pont.

Item, més, deu fer lo mestre paret de bon morter (sò és de sinch mesures de terra i tres de cals) la via del camí, a cascuna part, tant com sia necessari que la aygua tragua per lo camí tot pla e la dita paret haja tres palms de cana d'ampla.

Item, més, feu fer lo dit mestre, après feta la volta del dit pont sis canas a cascuna part, tres canes de empedrament e paret de argamassa de pedra roge bé abaurat de bona argamassa e bé empahit.

E axí metex, hage a fer dos empadraments sobre los empayiments d'argamassa, lo empadrament saguent a cascuna part, segons que serà necessari ultra lo pont, sia fet de pedres roges, sò és de una pedra rogua e l'altre demunt, ab argamassa, faent lo alivell de tal manera que no si puxa ambassar aygua.

Item, deu fer més lo mestra, en quatre sperons del pont de setza palms, de bon paradat de argamassa, de gruxa de quatre palms de cana a cascuna part, e la volta del pont ab los peus se hagen a fer de pedres de bon Rafalbeig ab bona argamassa, axí com demunt.

Item, hage lo pont XXX palms de Montpatler, de peu a peu, e sien citats los jurats en lo tenra dels fonaments.

E hage lo mestra, per la dita obra, cent cinquanta set libras, per la manera seguent, sò és cinquanta libras, las quals deu pagar la universitat de Mallorques, item cinquanta liuras a la prop vinent festa de Sinco-gesma e las restants cinquanta set libras a la saguent festa de Sant Bartomeu, feta e acabada dita obra.

ARM. Prot. Notario Bernat Carbó, C-53, cuadernillo suelto en el interior.

VIII

Contrato de aprendizaje de Joan Sans con Guillem Ses Oliveres, lapiscida

18-6-1374

Ego, Petrus Sans, habitator parrochie de Manachor, gratis et ex certa scientia mitto et affirmo vobiscum Guillermo Sesoliveres, lapiscida et cive Maioricarum, pro discipulo, Johannem Sans, filium meum etatis tresdecim annorum vel circa, videlicet ad quinque annos proxime et ab hac die in antea continue computandos, causa adiscendi officium vestrum et alias vobis deservendi in omnibus negotiis vestris, licitis et honestis, die noctuque pro posse, vestrum commodum procurando et incommodum penitus evitando promittens vobis quod dictus filius meus serviet vobis infra dictum tempus omniaque negotia vestra licite et honeste que ipsum preceperitis factura, ipso quoque durante tempore faciet bene et legaliter, sedule et curose, quidquid a vobis nec a vestro servitio infra dictum quinquennium non discedet nec affugiet nec etiam vobis nec rebus vestris dampnum aliquod inferet, nec inferenti consentiet, quod si fecerit, quod tamen Deus avertat, possitis ipsum capere seu capi facere et in vestro posse reducere et tornare et in fine dicti temporis ego promitto et teneor vobis emendare omne dampnum per dictum filium meum vobis aut rebus vestris quomodolibet illatum quodque dictus filius meus restituet vobis omnes dies quibus a vobis et a vestro servitio absens fuerit, ratione fuge vel infirmitatis seu alias culpa sui.

Vos, vero, teneamini et debeatis dicto filio meo, per totum dictum tempus providere in victu et potu, vestitu et calsiatu condecenter, iuxta sui status qualitatem et colere ipsum sanum et aegrum ad consuetudinem Maioricarum.

Et pro his complendis obligo vobis dictum filium meum et omnia bona mea habita et habenda ubique.

Ad haec, ego dictus Guillemus Sesoliveres, laudans predicta recipiensque et acceptans te dictum Johannem Sans in meum nuntium et discipulum, promitto dictum officium meum prout illud melius adiscere poteris te docere tibi que infra dictum tempus providere in victu et potu, vestitu et calsiatu et cetera alia attendere et complere prout per dictum patrem tuum dicta et enarrata et in nullo contravenire de iure vel de facto aliqua ratione, sub bonorum meorum omnium obligatione.

Actum est hoc, in civitate Maioricarum, anno a Nativitate Domini millesimo trescentesimo septuagesimo quarto.

Signum Petri Sans, signum Guilermi Sesoliveres, predictorum qui hec laudamus, concedimus et firmamus.

Testes inde sunt: Iohannes Fontis et Bernardus Granoyas, parrochie de Manachor et Felicius Ballistarii, scriptor.

ACM. P. Juan Clavell, Testament. 1374, III. XII. II. 12, s.f.

IX

El maestro Jaume Huguet, picapedrero, se contrata por un año en las propiedades de Ramón Burgues, caballero

2-1-1382

Sit omnibus notum quod ego, Iacobus Ugueti, lapiscida, habitator parrochie de Rubinis, gratis et ex certa scientia, mitto et afirmo me ad standum vobiscum, venerabili Raimundo Burguesii, militi, habitatori Maioricarum, causa operandi de dicta mea arte in possessionibus vestris et faciendi omnia mandata vestra licita et honesta, de die pareiterque de nocte, ad unum annum, qui incipit computare in festo beati Bartolomei apostoli mensis augusti anni proxime lapsi et finit in sequenti festo sancti Bartolomei mensis augusti proxime ventura anni infrascripti.

Vos vero, teneamini mihi, per totum dictum tempus, providere in cibo et potu, bene et condecenter, et mihi dare pro loguerio sive solidata ipsius unius anni quinquaginta quinque libras regalium Maioricarum minorum, de quibus a vobis habui et recepi, numerando, voluntati mee, in presentia notarii et testium infrascriptorum, quinquaginta libras predictae monete. Residuum vero mihi dabitur et solvetur in fine predicti unius anni [...].

Et ego, Iacobus Benaule, habitador eiusdem parrochie de Rubinis, gratis, precibus et amore predicti Iacobi Ugueti, constituens me in predictis fidiussorem et principalem responsorem, de omnibus et singulis per dictum Iacobum Hugueti vobis supra promissis, una cum ipso et sine eo principaliter et in solidum [...]

Actum est hoc, secunda die mensis ianuarii, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo secundo.

Signum Iacobi Hugueti. Signum Iacobi Benaule, predictorum qui haec laudamus et firmamus.

Testes inde sunt: venerabilis Durandus Consellini, rector parrochialis ecclesiae de Incha, Petrus Pi, presbiter et Iohanne Pont, scriptor.

ARM. Prot. P-142, ff. 101v-102.

X

Fábrica del segundo claustro del convento de Santo Domingo

7-7-1385

Noverint universi presentem seriem inspecturi quod nos, frater Iohannes Ruselli, prior conventus fratrum predicatorum civitatis Maioricarum, frater Petrus Marchi, magister in sacra pagina, Bernardus de Palaciolo, Petrus de Ponte Tremulo, Iacobus Sa Rovira, Petrus de Turo, Dominicus

Galindo, lector dicti conventus, Bernardus Mathes, Antonius Sunyerii, Mathias Vilossa, Iohannes Gassolli, Petrus Forest, Laurentius Oliverii, Batolomeus Pomerii, Petrus Bayona, Guillermus Jorba, Bartolomeus Baiuli, Petrus Moxeraf, Raimundus Molinerii, Bernardus Fontaneti ceterique fratres ad dictum conventum pertinentes, congregati ad sonum campane, ut moris est, in domo capituli conventus, et capitulum celebrantes, non dolo vi vel metu inducti, immo scienter et gratis anima ducentes, attendentes, premeditantes et mentre sobria considerantes merita vestri, venerabilis et religiosi fratris, Petri Corregerii, sacre theologia professoris, necnon ad beneficia que vos et vestri dicto nostro conventu fecistis et contulistis et cotidie facere non desinitis et, promittente Altissimo, speramus in posterum assequi et habere, presertim quia, amore et charitate inductus inspirato sacri flaminis, noviter, de bonis vestris propriis, dedistis dicto conventu centum libras regalium Maioricarum minorum, convertendas in opere et fabricatione noviter inchoatis in claustro secundi, versus coquinam conventus, in qua quidem parte possitis arma vestra sive signa depingui facere pro vestro arbitrio.

Idcirco, habito respectu, ad premissa volendo vos primare et renuntiationem aliqualem inde facere, unanimiter concordēs, damus vobis, dicto venerabili et religioso magistro Petro Corregerii, tanquam benemerito, dum tanem vita fuerit vobis comes, quandam cameram in dicto conventu situatam, contiguam cuiusdam camere vestre in qua inhabitatis, eo quia in dicta vestra camera comode habitare nequeatis secundum vestrum statum, ex eo quia studium quod in eadem erat fuit applicatum camere dicti venerabilis religiosi fratris Petri Marchi, necessitate urgente.

Quaequidem camera, quam de novo vobis donamus, erat consignata lectori principali ipsius conventus, qui quidem lector, de suo beneplacito, eidem renuntiavit et preelegit in se assumere cameram que olim fuit fratris Francisci Cerdani et postea venerabilis fratris Guillermi Sagarre, in sacra theologia licenciati, in quaquidem camera possitis libere operari ad vestrum libitum, sine contradictione nostrum seu dicti conventus, constituentes in presenti et ex nunc predictam cameram a modo vestro possidere.

Et damus et cedimus vobis dum tamen vitam duxeritis in humanis omnia et singula loca et iura nobis et dicto conventui in eadem pertinentia in quibusquidem omnibus et singulis supradictis constituimus vos dominum et procuratorem ad faciendum de vita vestra tamen vestras omnimodas voluntates [...]

Actum est hoc, Maioricis, septima die mensis iulii anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto.

(Firmae) nostrum predictorum, qui hec laudamus et firmamus.

ARM. Prot. P-143, ff. 51v-52.

XI

*Procura para aprender de escultor en Barcelona,
Guillemó Vidrier*

28-5-1395

Sit omnibus notum quod ego, Nicholaus Vidrierii, gixerius et civis Maioricarum, gratis et ex certa scientia, facio, constituo et ordino procuratorem meum certum specialem, vos, Antonium Català, civem barchinonensem, licet absentem tanquam presentem, ad mittendum seu affirmandum cum illo magistro *imaginayre* dicte civitatis Barchinone, quem vos volueritis, Guillermonum, filium meu, causa addiscendi officium ipsius magistri et eidem magistro serviendi in omnibus suis negotiis licitis et honestis, et hoc ad sex annos proximos, vel ad minus tempus, prout vobis videbitur, cum et sub illis pactis, promissionibus, conditionibus et salariis ac obligationibus, tam persone dicti filii mei quam bonorum meorum quibus convenire poteritis, (...).

Actum est hoc in civitate Maioricarum,

Testes inde sunt: Antonius Rubí et Bernardus Riera.

ACM. Prot. Num. 14741 s.f.

XII

*Antoni Boscà, autor del arco de entrada al coro del templo
de Sto. Domingo*

20-3-1397

Antonius Boschani, lapiscida Maioricarum, gratis et scienter promitto et bona fide convenio vobis, venerabilibus Gregorio Sallambé, alias *Burges* cognominato, et Ioanni de Conilleres, mercatori dicte civitatis, manumissoribus. Raimundi Ça Forteza, heredis per dimidia venerabilis Petri Saforteza, *quondam*, per firmam videlicet validam et sollemnem stipulationem, quod, hinc ad proximum instans festum beate Marie mensis augusti, construam et cum effectu operabo in introitu cori ecclesie ordinis beati Domini fratrum predicatorum dicte civitatis, portale lapideum sive archum, bonum et stabile atque bonis et sufficientibus lapidibus constructum et cum signis figuris et imaginibus ac *entretayls*, pinnaculis, arquetis atque *pilars* inde necessariis et cum cruce lapidea cum figura crucifixi, ex parte una, et, ex alia parte, cum figura Virginis gloriose, positam in mediocri pinnaculo, ex tribus pinnaculis ibi construendis. Dictum itaque opus faciam et construam seu facere et construi faciam ipsum opus continuando equalem in quantum continet totum latus sive frontem, insculptum modo et forma quibus per me figuratum extitit in quodam folio papireo, forme maioris,

notario subscripto tradito, tenendo per eum nomine nostrum, ut ex ipso et per ipsum melius videri et recordari valeat opus predictum, et, ultra, promitto et teneat facere in parte inferiori, versus dictum corum, duo signa respondens similia duobus signis altioribus versus partem exteriorem dicte operis sculptis et depictis.

Predicta itaque promitto et teneat facere et adimplere cum effectu, sub pena videlicet restitutionis omnium missionum et expensarum damnorum inde fiendarum et sustinendorum...

Vos, vero, dictus Iohannes, teneamini mihi, dicto Antonio, dare et tradere seu tradi facere omnes lapides qui in dicto ordine nunc sint et reperiantur tam exeuntes seu precedentes ex, seu de, loco in quo dictum opus debet edificari, quam alios qui in dicto ordine nunc sunt et reperiantur ad dictum opus congruos, ceteros vero lapides ego habere teneat, meis sumptibus, ad perfectionem dicti operis necnon necessarios, et etiam teneamini mihi dare et solvere, pro constructione confectione et perficiendo opere antedicto, modo et forma quibus supra, ipso opere perfecto, pro precio et salario seu mercede eiusdem... triginta libras Re.Ma.Mi.

Ad haec, nos, dicti Gregorius Sellembé, alias Burges cognominatus, et Iohannes de Conilleres, manumissores et exequutores predicti testamenti dicti venerabilis Petri Saforteza *quondam*, predictis consentientes et laudantes, promittimus vobis, dicto Antonio Boscani, quod, de quantitate seu summa pecunie, quam dictus Petrus accepit et dari iussit, pro anima sua, in dicto eius ultimo testamento, dabimus et solvemus vobis, facto dicto opere, dictas triginta libras, obligando bona hereditaria dicti Petri.

Testes inde sunt: venerabilis frater Guillelmus Carrera, vicarius dicti ordinis, et frater Bernardus Mates atque Martinus de Roda et Guillelmus Font.

Testes autem firme dicti Iohannis de Conilleres, qui firmavit predicta die iovis vicesima secunda mensis martii predicti, sunt: Franciscus Lodrigo et Iohannes Saforteza.

ARM. Prot. P-135, ff.23-23 v.

XIII

Los imagineros Mateu Boschà y Antoni Tosquella adquieren madera

20-1-1410

Die et anno predictis (20-1-1410), retulit Dominicus Navarro, virgarius curie gubernationis Maioricarum, sive fidem fecit, se, de mandato domini honorabilis locumtenentis, die sabbati proxime preterita, emparasse penes Antonium Tosquella et Mateum Boschà, imaginarios, duos arbores vocatos *polls*, quos ipsi emerunt a P. Christoforo sutore, quamquidem emparam

dixit se fecisse ad instantiam Gabrielis Moge, ut procurator heredum domine Benvengude quondam, uxoris dicti Petri Christofori.

ARM. AH-470, *Extraordinaris de Governació*, f. 168v

XIV

Llorenç Tosquella, imaginero, trabaja para el convento de la Merced

23-7-1428

Die et anno predictis (23-7-1428), ad instatiam venerabilis Galcerandi de Sancto Ioanne, civis Maioricarum, necnon Anthonii de Pujals, procuratoris venerabilis domini Parete, uxoris magistri Ioannis de Barbo, lapicide, retulit Bernardus Mironi, virgarius, se de mandato honorabilis locumtenentis gubernatoris Maioricarum, die veneris proxime elapsa, mandasse venerabili fratri Francisco de Podio, commendatori domus beate Marie Mercedis, quatenus, per totam diem crastinam, deposuerit, penes dictum virgarium, illas triginta libras restantes pretio illarum IIII^{or} librarum censualium quas emit a Laurentio Tosquella, imaginatore, aliter, lapso dicto termino, pignoraretur.

ARM. AH-479, f.180

XV

Los maestros Guillem Tous y Jaume Cervera dirigen obras en la parroquia de San Jaime

19-1-1434

Sit omnibus notum quod nos, Matheus Dezpi, Matheus Çanglada et Arnaldus Cirera, cives Maioricarum, operarii fabrice ecclessie parrochialis Sancti Iacobi, civitatis Mairoicarum, ex una parte, et Guillermus Pontii ac Iacobus Cervera, lapiscide, cives Maioricarum, ex altera parte, scientes et attendentes certum contractum fuisse inter nos firmatum, in posse notarii subscripti, sub die veneris vicesima prima mensis augusti proximi praeteriti, super certo opere faciendo et construendo in ipsa ecclessia, pro quo opere perficiendo fuerunt promisse nobis, dictis lapiscidis, septingentas quinquaginta libre inter redditus consignatas super universitate Maioricarum et pecuniam numeratam, qui quidem redditus et pecunia fuerunt nobis, dictis Guillermo et Iacobo, iam traditi seu assignati, ut in diversis capitulis in eodem contractu insertis et scriptis latius continetur.

Attendentes etiam, infrascriptum, capitulum fuisse inter nos dictas partes noviter concordatum, ultra contenta in dictis capitulis dicti primi contractus:

Item és convengut e finat entre los dits obrers, de una part, e los dits Guillem Pons e Jacme Cervera, d'altre part, que los tres anys dins los quals aquells Guillem i Jacme han acabar la dita obra, segons forma del primer contracte, comensen a comptar i a corres del primer dia del present mes de janer en avant.

E més avant, que si la dita obra no era acabada entegrament dins los dits tres anys, que, de continent possats aquells tres anys, tot lo interesser o fruyts de las dites setcentes sinquanta llibres dades als dits Guiller mó Pons i Jacme Cervera per la dita obra, sia aplicat i pertanga a la dita obra, del dit temps en avant, fins que la dita obra sia totalment acabada.

Pro tanto renuntiando nos dicte partes exceptioni predictorum sit inter nos non gestorum... obligantes nos dictae partes pro predictis...

Actum est hoc, in Civitate Maioricarum, die martis decima nona mensis ianuarii, anno a Nativitate Domini millesimo quatuor centesimo trigessimio quarto.

Signa nostrum, Marchi dez Pi, Mathei Çanglada et Arnaldi Cirera, operariorum. Signa nostrum, Guiller mi Pontii et Iacobi Cervera.

Testes sunt: venerabilis P. Bertrandi et P. Calafat, cives, et P. Canoguera, faber Maioricarum.

ARM. Prot. Gabriel Abeiar, Actes A-85, ff. 48-48v. Me lo señaló el buen amigo Jaume Cirera Prim, en paz descanse.

XVI

Los maestros Guillem Sagrera y Jaume Servera poseen un solar de consuo

3-10-1936

Item a III dies del mes de octubre de l'any MCCCCXXXVI reebí de mestre Guillem Sagrera e den Jaume Cervera, picapedrers de la Ciutat de Mallorca, per entrada de un novell establiment que yo los faí... de un pati de terra que antigament solien esser cases les quals foren enderroca des per lo diluvi que fou en l'any MCCCCXI... en la parroquia de Santa Creu en lo carrer antigament apellat de la Mar... sots pacte i condició que paguen... cascun any... vint e quatre sols... al senyor rey.

ARM. RP - 1217. f. 38.

XVII

El imaginero Mateu Boscà vende una esclava

6-12-1456

Nos, Mateus Boschani, asmaginarium, et Iohanneta, eius uxor, vendimus vobis, Paulo Roger, mercatoris, civi Maioricarum, quandam burdam, nostram servam, nutricatam domus nostre, vocatam Silia, etatis tresdecim annorum vel inde circa, pretio videlicet sexaginta librarum regalium Maioricarum minorum, quas habuimus per manus tabule civitatis...

Testes: Paulus Arnaldi et Iacobus Ioncar, curritores, in quorum presentia dicti coniuges firmarunt.

ARM. Prot. M-180, f. 245.

XVIII

El imaginero Huguet Barxa talla el retablo mayor de Porreres

13-5-1453

Nos, Iohannes Marimon et Antonius Mesquida, habitatores parrochie de Porreres, operarii retrotabuli sive *del retaula* altaris maioris dicte parrochie, gratis et scienter confitemus et recognoscimus vobis, magistro Hugueto Barxa, sculptori sive *ymaginaire*, habitatori civitatis Maioricarum, nos convenisse et pepigisse vobiscum, dicto magistro Hugueto Barxa, de et super subscripto retrotabulo sive *retaula* ligneo, per vos fiendo et operando, ad opus altaris maioris dicte ecclesie de Porreres, videlicet quod vos, dictus magister Huguetus, teneamini operari et perficere dictum retrotabulum sive *retaula* de ligno *de vet*, videlicet tres tabulas et bancale, scilicet tabulam medianam longitudinis sive altitudinis XVIII palmorum cane et latitudinis VIII palmorum et residuas duas tabulas utraque longitudinis XVIII palmorum et latitudinis quatuor palmorum et medii, et bancale iuxta congruentiam predictorum et duos *trossos de claravoya*, qui deficiunt in dicto bancali, quolibet longitudinis VIII palmorum.

E la talla ipsius retrotabuli debetis fieri iuxta *mostram* factam per Rafaellem Moge, pictorem, et vobis traditam. Et ipsum habetis nobis tradere perfectum et operatum hinc ad festum Sancti Michaelis proxime futurum et pretium inde vobis [satisfaciendum debet?] taxari ex conventionem inter nos et vos factam, per discretum Petrum Dominici, presbiterum, et Gabrielem Andreu, fusterium Maioricarum.

Testes: Rafael Moger, pictor, et Petrus Font Iunior, cives Maioricarum.

ARM. Prot. Gabriel Abeiar, Actes 1451-1454, A-95, ff. 140-141.

XIX

El maestro Martí Creix contrata una capilla en la Seo

26-8-1472

Nos Iohanneta, uxor honorabilis Iacobi Company, mercatoris Maioricarum quondam, ex una parte, et Martinus Creix lapiscida, parte ex altera, gratis de et supra causis infrascriptis facimus et firmamus capitula infrascripta:

Primo, yo, dita Johaneta, a honor de Déu e de la humil Verge Maria, he deslberat, obtenguda primer licència del reverent senyor bisbe e honorable capitol, fer una capella en la claustra de la Seu, pres la Capella del Angel Custodi, la qual capella yo dit Martí Creix he empresa de fer, ensemps ab les altres coses devall scriptes o continuades, per preu de doscentas sinquante liures de moneda de Mallorca, pagadores ço és per tota la present setmana XXV liures, e axí d'equí avant de XXV en XXV, pagadores en los termens a mí dita Johaneta apparrà.

Item, som de acordi, e yo dit Martí Creix promet, fer la dita capella, la qual haurà de ampla vint palms o de entrada vint i dos palms e de altura tan alta com la capella del reverent mestre Joan Girard, mestre en teologia de la Orde de Sent Domingo.

Item, som de acordi, e yo dit Martí Creix promet, de fer dins la capella un carrer de pedra de Raffalbeig, lo qual haurà deu palms de amplària, deu palms de altària e XIII palms de llargària.

Item, so tengut, yo, dit Martí Creix, de empeymentar la dita capella de peyment de Reffalbeig.

Item, som de acordi, e yo dit Martí Creix promet, fer les branchas del principal de la capella, dels peus fins alt, ço és tot lo deventer de la claustra, de pedra de Lummajor de la bona, e tot lo buc e la caixa de pedra de Portalt, de la bona. E la clau de la dita capella, de pedra de Lummajor.

Item som de acordi, e yo dit Mati Creix promet, fer en les represas del portal, àngels ab les armes vostres e de vostre marit, a cascuna parte, a les represes de dins, promet fer los quatre evangelistes. En la clau de la dita capella, Nostra Dona ab lo Jesús al bras e ab un xipell entorn, entorn.

Item, som de scordi, e yo dit Marti Creix promet, fer en la dita capella un altar en lo qual haurà una peça de Refalbeig, de peyment, de llarc de deu palms e sinc palms de amplària e un palm de Monpaller de gros, ab quatre pilars de pera de Refalbeig, ab un graó devant lo dit altar.

Item, som de acordi, e yo dit Marti Creix promet, de metra en totes les dites coses de pedra, cals, guix, tot lo pertret e totes altres coses necessàrias a compliment de la dita capella.

Quare rerum.. etc. promitto predicta facere etc. Obligo omnia bona etc.

Testes: frater Petrus Morató Sancti Dominici, Bernardus Marsà lapicida, Gabriel et Stefanus Natalis, chirurgici, et Bartolomeus Pastor, sartor, in quorum presentia omnes firmarunt.

Ego Martinus Creix, lapicida, gratis confiteor habuisse a vobis, domina Iohanneta, uxore Iacobi Company quondam, XXV libras, et sunt de numero illarum CCL librarum, pretio quarum, me obtuli vobis facere quandam capellam in claustro Sedis Maioricarum...

Teste: Vicentius Canet, ville de Petra, et Bartolomeus Costa, Civitatis Maioricarum fabri.

ARM. Prot. 0-367, & ff. 83-85v.

XX

Contrato de trabajo entre el albañil Joan Oliver y Melchor Tomàs, ciudadano

6-11-1491

Ego Iohannes Oliver, lapiscida, cives Maioricarum, gratis colloco me et operas meas vobis, magnifico Melchiori Thome, domicello, hinc ad duos annos a die crastina in antea computandos, precio seu logerio videlicet XXXXV 1. anno quolibet, michi solvendarum, de quibus XXXXV 1. *per seny* primo anno dedistis michi XXV 1. in multis presentis pro me datis et in quibus comprehenduntur XVIII 1. regalium Maioricarum minorum, quas dedisti Matheo de Bonapart, pro lana quam ab ipso emi et in presentia notarii et testium infrascriptorum, complementum ipsarum et XXV 1. in fine dicti anni dare tenemini et XXV 1. in alio secundo anno. Nec non, tenemini michi dare, quolibet anno, VIII quarterias frumenti, pro provisione mea et unam somatam vini, quolibet anno, et quolibet mense, unum quartaneum olei.

Et etiam loco vobis quendam puerum meum et illius operas ad dictum tempus ratione I s. pro quolibet die *feynar*, tam pro primo anno quam pro secundo, et per VIII quarterias frumenti, et, si casus erit, quod dictus puer mortem obieret vel extra Regnum fugeret, teneamini dare ratam illorum dierum *feyners* quas fahenam facerit et non possitis me forsiare de habendo alium puerum. Et teneamini dare *proccassos*, videlicet IIII denarios, quolibet die servato, *lo berenar de matí e après dinar*, ad notitiam vestram.

Promitto quod, durante dicto tempore, a vestro servitio non discedam sine vestri scitu et licentia, sub pena L 1. aplicandarum etc [...]

Ad hec, ego, dictus Melchior, hiis presens et confitens omnia vera esse, gratis promitto predicta et singula attendere [...]

Testes: honorabile Priamus de Vilalonga, Andreas Portell et Gabriel Castelló.

ARM. P. Antoni Morro, Prot. 1491, ff. 56-56v.

XXI

Joan Oliver levanta un coro en la capilla de San Eloy

22-3-1494

Ego Iohanne Oliver, lapicida Maioricaum, gratis promitto facere vobis honorabilibus* Blanch et* Molins, suprapositis necnon proceribus officii ferrariorum in ecclesia Sancti Egidii, situata in platea curiam Maioricarum, opera sequentia videlicet.

Sub primo fornice, hoc est *sots la arcada primera de la dita sglèsia* faciam unum aliud arcum lapidis albe, qui incipiet a terra sive a pede et sequetur cum boxello et çapata et in repressis fabricabo duos angelos qui detinebunt signa dicti officii, in dicto arcu sculpita, et supra dicto arcu ecclesie faciam *uns empits* qui reddent *rembador* cum duabus *clarevolles*, cum omni eorum complemento et arresamento et etiam faciam in dicta ecclesia quandam scalam gipsi ut ascendi possit ad corum supra dictum arcum faciendum, quam scalam claudent lapides albe dicte vulgariter *mitge pedre* usque ad dictum *cor* sive *cubertam* et faciam duo portalia, videlicet unum in fine scale, aliud in capite scale ut ascendi possit sursum.

Quae omnia opera faciam omnibus meis expensis pro XXXIII libris solvendis (...)

Testes: Iohannes Pons et Demians Serra, ferrarius.

ARM. P. Pere Sabater, S-611, ff. 19v-20

* *En blanco*

XXII

Contrato de aprendizaje de albañil de un sevillano con el albañil Joan Oliver

25-2-1502

Ego Iohannes Marí, lapiscida, oriundus civitatis Hispalis, nunc vero residens in civitate Maioricarum, gratis loco me seu opera mea vobiscum Iohanne Oliver, lapiscida Maioricarum, presente, hinc ad unum annum a XXI presentis mensis in antea computandum, ratione addiscendi plene et cum*... officium vestrum de *picapedrer**... precio seu logerio XVI librarum, monete Maioricaum solvendarum*... ad festum Pasche*... aut pannum pro uno capuci*... prorrata quolibet mense etc. interim vero teneamini me tenere et providere sanum et infirmum in cibo et potu [...]

Testes: honorabilis Iohannes Real, civis, et Iohannes Domanech, parator Maioricarum, in quorum presentia ambo predicti firmarunt.

* Hay rotos en el papel.

ARM. P, Miquel Morell, Contr. 1501-1502, m-731, f.45

XXIII

Amador Creix, maestro de la iglesia del Hospital General

25-2-1497

Ego Amator Creix, lapisida Maioricarum, magister operis ecclesie Hospitalis Generalis, omnibus compotis factis inter me et vos, magnificum Philippum de Pachs, civem Maioricarum, alterum ex administratoribus dicte ecclesie, tam de omnibus jornalibus per me in dicta ecclesia usque in diem presentem factis, quam etiam de omnibus pecunie quantitibus per vos mihi seu Petro Guells et aliis pro scidendo lapides in locho de la Pedrera datis et spletis usque hunc quam alias.

Itaque inter nos iuridice et veridice fuit computandum me teneri vobis, dicto magnifico Philipo de Pachs, in undecim libris, uno solido et duobus denariis monete quod et sunt ad complementum illarum librarum dicte monete per vos mihi in diversis solutionibus datarum, quas recepi tam per manus vestri, dicti Philipi de Pachs quam etiam per manus honorabilis Nichola i de Vallobar et Francisci Xaulega, etc.

Unde rerum etc. Promitto vobis illas solvere, prout est pactatum et concordatum, etc. (...)

Testes: Petrus Guells et Michael Serra, cultores.

XXIV

25-2-1497

Ego Petrus Guells, lapisida Maioricarum, omnibus compostis factis inter me et vos Amatorem Creix, lapisidam Maioricarum, magistrumque ecclesie hospitalis generalis, tam de omnibus jornalibus per me factis usque in presentem diem, pro scidendo lapides in locho de la Pedrera, ad opus dicte ecclesie, quam etiam de omnibus pecunie quantitibus, per vos mihi usque huc datis et solutis quam alie. Ita quod inter nos iuridice et veridice fuit computatum de omnibus ut predicatur, demum fuit compertum me teneri vobis dicto Amatori Creix in octo libris duodecim solidis et sex denariis dicte monete. Unde rerum et promitto vobis illas solvere, prout est pactatum inter nos (...)

Testes: Michael Serra et Iohannis Gener, cultores Maioricarum.

ARM. P. Pere Mulet, M-634, ff. 23-24.

BIBLIOGRAFIA

Aparte de los estudios citados en el cuerpo del artículo, sobre el tema que nos ocupa existen las publicaciones recientes y siguientes:

- M. Durliat. *Le chateau royal de Bellver a Majorque* "Etudes Roussillonnaises" 5(1956) 197-212; *Sculpteurs perpignanais a Majorque au debut du XIV siècle* "Reflets du Roussillon" 14 (1956) 17-21; *Le portail du Mirador de la cathédrale de Palma de Majorque* "Pallas" 9 (1960) 245-255; *Un artiste picard en Catalogne et en Majorque: Pierre de Saint Jean* "Caravelle" 1 (1963) 110-120.
- Maria Barceló. *Adobs en la murada de la Ciutat de Mallorca* (1450-1500) BSAL 45 (1989) 155-164.
- Isabel Garau. *"El pont de Suria": un ejemplo de construcción medieval* (1420-1421) Palma, Museo de Mallorca, 1990; *Les ordenances del gremi de picapedres del 1405 i altres disposicions posteriors* "Randa" 29 (1991) 75-84.
- J. Sastre Moll. *La remodelación de la Almudaina de Medina Mayurqa* (1305-1314) BSAL 45 (1959) 105-122; *El primer libro de fábrica y sacristía de la Seo de Mallorca* (1327-1345) BSAL 43 (1997) 45-88.
- Gabriel Llompart. *Huguet Barxa, autor del retablo del "Passio Imaginis" de Felanitx* "Archivo Español de Arte" 50 (1977) 328-335; *Identificación del "Maestro de las Predelas" y encuadre de otros más* "Estudis Baleàrics" 30 (1989) 45-52. Otros escritos no aportan, que yo sepa, ninguna novedad acerca del título de esta ensalada.